



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIII. Arces ad potentiam conseruandam vtiles & necessarias esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

portuna, Gallicis etiam, & Thransthenanis diuitijs plena, vino & frugibus abundans. His, inquam, opera vtiliter impenditur. nam quæ commoditatibus quæ locorum propriæ sunt desituuntur, frustra sumptus absument, Hanouia iam dudum crescere desijt a mæno seiuncta, & qui primi eam ædificauerunt damno suo temeritatem luerunt, celeriter creuit Frankentalia, nunc tamen sistit, à Rheno seiunctior, & vbi Wormatia Spiraque negociandi auxerint industriam inter eas intercepta crescendi spem amittet.

Loci opportunitas qua renda.

§. 5. Eas vrbes commodò situ ædificatas facile iudicabimus, quæ sæpius aduersa passæ refluuerunt, locus enim rapit animos, & suis vtilitatibus detinet. Fertilem in primis locum requiro, quia paupertas seditionis est scaturigo, & suo populo fertilem terram Deus dare voluit. Stulte Dinocrates Architectus in monte Atho Alexandriam meditabatur, cui recte Alexander: *Vnde cibum habere poterit? Quod ad plagas cæli attinet in Germania exigua huius rei habita ratio est. Quamuis Moguntia nostra orientem, & aquilonem spectet, agri, fluminum, fontium, montium habita ratio est.*

Montes vrbibus non sunt opportuni.

§. 6. Duo illa difficulter obtineri possunt, vt facilis sit in aliena egressio, difficilis vero aditus hosti. olim multe erant in montibus positæ ciuitates, facilis erat descensus, difficilis ingressus; Verum quia ratio belli mutata est, atque etiam annonæ, nec firmæ sunt quæ in montibus, & commeatui, omnibusque rebus partum opportuna, itaque nunc quoque arces in Rhæni & Mosellæ collibus positas magna parte desertas videmus. Iam vero quod nonnulli aiunt periculosas esse ciuitatum munitiones, quod hostes ea capta tuti sint, id iam supra in pecuniariæ confutatum est. Virtute enim & prudētia defendi ciuitas debet. Quis enim dubitat Alexandro vnam Tyrum plus restituisse, quam totum Darij regnum? Eadem ciuitas Nabuchodonosori portas clausit, & victorem gentium detinuit, ita Ezech. 29. 18. *Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decalatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitus eius de Tyro, pro seruitute, qua seruauit mihi aduersus eam.*

Vrbs vna regni instar

Facilius igitur totam Egyptum, hoc est, centurias vrbium cepit, quam Tyrum, quia facilius est mercedem accipere, quam laborando mereri. sic patrum memoria plus restitit Ottomannis vna, sed fida Vienna, quam dimidia Vngariæ pars, quam tota Peloponnesus.

Vrbes magna iusto imperio regende.

Magistratus vrbium in alijs locis possessiones habeant.

§. 7. Opulentas vrbes vbi rem parantur facile rebellare aiunt, satietatem enim, & diuitias sequi libertatis & honoris desiderium. Verum huic malo remedium feret, iustum & lene principis imperium, fidorum ad magistratum electio, eorundem per honores, & beneficia obligatio. Neque hoc negligendū, vt qui auctores esse possent motuum, alijs in locis possessiones obtineant, quarum amittendarum timore gratiam principis omnibus anteferant. Priuilegia quoque ea concedet, quæ, si mereatur ciuitas, continuo auferre possit. Aquilgranum nobilis vrbs, & regia sedes immunitatē vectigalium à Carolo magno accepit, ingēs beneficium si ciues spectes, sed vicissim acta obligatio ne imperatorem offendat, qui vno verbo, vna scheda fortunas euertere posset, itaque ciues eiusmodi nullos Manlios, nullos Clodios, aut Curiones, ne Brutos quidem audient. Sic nobile Emporium Francofurtum ius nūdinarum tuetur, quod beneficium imperatorum tenet, magnum est quodque vnicum vrbem conseruat, sed idem tamen eam imperio fidam vrbem efficit; vno enim edicto spoliari eo potest. Nulla in vrbe Europæ maiores diuitiæ sunt, quàm Vlyssiponæ, quæ est totius orbis Emporium, portu, ædibus, numero hominum insignis. sed nullum defe-

Vrbium priuilegia quæ vno verbo possunt tolli

ctionis periculum, quia vno edicto merces eorum per oēs vrbes regias, portusque diuisæ confiscari possunt. Hanc etiam ob causam rebellionem Antonij detestati sunt, quod viderent se domestico bello impeditos facile Indias esse amissuros.

CAPVT XXIII.

Arces ad potentiam conseruandam vtilis, & necessarias esse.

§. 1. **D**E arcibus extruendis politici variant, imo nonnulli eas diruunt, quas alij extruxerunt. Machiavellus incertus est. Hoc enim est eius consilium c. 20. in principe. *Consuetudo inualuerat apud principes, vt quo tutius principatum obtineret, arces erigerent, quæ tanquam habenis & frenis compescerent quemq, imperum securum haberent, quo se reciperent, per fugium. Equidem consilium hoc, quod iam peruersum & vitiatum sit, improbatum nolim. Nihil fecius ætate nostra vidimus Nicolaum Vitellium duas, quæ Tipherni erant arces, vt ditionem illam retineret, diruisse. Guidus Vbaldis Metauensium Princeps in principatum, vnde à Valentino fuerat eiectus, restitutus, omnes illius Proincia arces funditus euerit. Illis enim sic eueris, existimauit difficilius provinciam illam iterum amitti posse. Bentiuoli, Boxoniam recuperatam cum redissent, eadem consilia sunt secuti. Ex temporum itaq, conditione arces sunt, vel non sunt vsui: si qua autem in parte quid boni inde ad te redit, in altera maxime ladunt. Hoc sane sic examinari licet.*

An arces vtilis.

§. 2. Vrbibus liberis arces inutiles esse iudico, sed omnem sumptum, qui arci separatim impendendus est, mœnibus, follis, propugnaculis dandum esse, itaque & Romani capitolium aquare solo, & Athenienses arcem Mineræ diruere debuerunt, nam opportunus est, improbis ciuibz, ac mæcipijs eas occupare, hosti tradere. Pacis tēpore et custodiendæ sunt, bello flagrante miserum est solatium ciuibz, relictis ædibus in arcem confugere, quam tamen diu tueri non possunt, multitudine se impediēte, & defectu commeatu, periculoque morborum in multitudine cōferta. Hinc arces demoliuntur tanquam ergastula, & seruitutis firmamenta, cum primum ad libertatem aspirant. Simo Maccabæus arcem, quæ triginta annos Græci infederat, deiecit. Arces itaq, exole sciuitatibz sunt, tanq, compedes libertatis, quam diu manēt, sub ictu se positos ciues arbitrantur; & quanq, non noceat, formidabilis est tamen custodia. Romam tamen arx seruauit, sed magno animo erant illi qui mori maluerunt. Messenij quoque victi à Lacedæmonijs in arce montis Ichomes fere viginti annos defenderunt, Paulan. in Messenijs.

Arces libere vrbium munitio.

§. 3. Qui suo imperio provinciam aliquam bello adiecerunt arcibus in officio populum continere debent. Ea nunc omnes ratione videntur toto mundo, & si contrarium quispiam suadere instituat, id agere videbitur, vt cum ratione insaniat, & si verum dicendum est, insanit. Machiavellus igitur cum arces inutiles & noxias proclamat, hoc agit, vt exotica sapientia principem suum imperio exuat. Iam milles Hispani Occidentales Indias, Lusitani orientales amississent, si absq, arcibus fuissent. Pauca enim arces frenum tot populis iniiciunt. Verum totares intelligitur, si Machiavelli sapientiam perpendamus, lib. 2. de Rep. c. 24. sic ratiocinatur. Mirum forte cuiuspiam videatur cum victi, debellatiq, Latii populi, toties rebellaret: cur populus Romanus, ad eos in officio continendos compescendosq, non arces aliquas, aut Priuerni, aut in alijs eorū ciuitatibus construxerit: secus n. certe fecerūt, quā Florentini nostri faciendū putarent, qui existimant ipsas, ceterasq, ciuitates, arcibus cōpescendas esse. Equidē si populus Rom. nostris hominibz similis fuisset, perinde fecisset, vt nostri. Sed q. in eo alia virtus, alia potestas, & aliud de rebz iudiciū inerat, idcirco aliter faciendū putauit: nec libera

Provincia occupata arcibus tenenda sunt.

Arces tam exiles, quam sacre

libera existente Republica vnquam vel ad vrbes compescendas, vel ad prouincias defendendas, arces aliquas extruxit: ex in ea-
men, quas conditas ab alijs occupauit, aliquas conseruauit.
Quae cum ita sint, ac longe aliter sentire videantur nostri tem-
poris principes: idcirco non ab re factum putauit, si quaerem
hoc loco, viles ne an inuiles, sint auctoribus suis, tanta moles.

Romani
arcibus im-
perium te-
nerant.

Respondeo vehementer eos falli, qui Romanis
arces negat, totum enim imperium arcium praedijs
tenuerunt, quam rem vt antiquarijs miram, ita poli-
ticijs veram esse facile probabo. Obseruandum est,
quosdam a Romanis victos in vrbem receptos, sic
pax facta. Flor. l. i. c. i. Sic pax facta cum Tatio, sed usq; per-
cussim. Secutaq; res mira dictu, vt relicto sedibus suis no-
uam in vrbem hostes demigrarent, & cum generis suis auitas
opes pro dote sociarent.

Et c. 3. Albanos adiciuit, Itaque hoste victo, ruptionem fe-
deris Metium Eusecium religatum inter duos currus, pernici-
ticijs veram esse facile probabo. Obseruandum est,
quosdam a Romanis victos in vrbem receptos, sic
pax facta. Flor. l. i. c. i. Sic pax facta cum Tatio, sed usq; per-
cussim. Secutaq; res mira dictu, vt relicto sedibus suis no-
uam in vrbem hostes demigrarent, & cum generis suis auitas
opes pro dote sociarent.

Et c. 3. Albanos adiciuit, Itaque hoste victo, ruptionem fe-
deris Metium Eusecium religatum inter duos currus, pernici-
ticijs veram esse facile probabo. Obseruandum est,
quosdam a Romanis victos in vrbem receptos, sic
pax facta. Flor. l. i. c. i. Sic pax facta cum Tatio, sed usq; per-
cussim. Secutaq; res mira dictu, vt relicto sedibus suis no-
uam in vrbem hostes demigrarent, & cum generis suis auitas
opes pro dote sociarent.

Coloniae, &
arces prima
menta im-
perii.

Alios funditus deleuere, alios vendere, alios in
deditionem accepere, vt vel ita eneruarent, ne rebel-
lare possent, vel praedijs continerent, quae duplicia
Coloniaru, & arcium. Haec put belli causa, obstinatio,
vel obsequia obsequorum. Falisci se sua sponte dedide-
runt, cremati suo igne Fidenates, rapti, funditus dele-
tique Vieites, Sabini, & qua Nar ambit multum ho-
minum agrique captum, vrbes Samnitum ita deletae
vt Samnium in Samnio quaereretur. sed de arcibus
mihi dicendum est.

Primum genuserant colonie, cum locis opportu-
nis oppida antiqua munirent, vel noua construeret,
quas gentes rebellaturu omnium primum oppugna-
bant, magnarum instar arcium erant initio, postea in
magnas vrbes excreuerunt, describit hunc morem
Lipius l. i. c. 23. Vnum tibi instar omnium exaction-
um rapinarumq; sit, de Colonia. Quo inueto vt nihil ad vim
imperii firmius, ita nihil in subditos cogitari potuit tristius.
Deducebantur passim legiones cohortesq; veterana in agros &
oppida: miseriq; provinciales mometo temporis bonis & fortu-
nis omnibus prouidebantur, idq; nihil ausi, nihil meritis sed pro
crimine omni, opes aut opimi agri. In quo profecto gurgis qui-
dam calamitatum omnium appareret. Miserrimum est nummis spo-
liari: quid etiam agris tectisq;? Graue istis pelli: quid tota pa-
tria, quid templis arisque? Distrahebantur ecce aliquot milia
hominum, liberi a parentibus, domini a familiaribus, vxores a
viris & in varias terras, vt cuiq; fors sua fuit, spargebantur:
alii in sitientes Afros, vt poeta in hac ipsa re ait. Pars Schythia
aut toto diuisos orbe Britanos. Solus Octavianus Caesar in sola
Italia duodeviginti colonias collocauit, in prouincijs quot li-
buit. Nec alias res magis, vt ego scio, exitio fuit Gallis, nobis,
Hispanisq;. Coloniae oppida erat ciuium Romanoru,
aut Latinoru deductorum. Causa Coloniarum a Si-
gonio illa referuntur, vt priores populi coererentur,
qui prius inhabitabant, militaris ergo erat alter po-
pulus, qui vt in munitionem inducebatur. 2. Vt ho-
stes vicini repellerentur. 3. Plebs vibana exhaurire-
tur. 4. Stirps tamen Romana augeretur. 5. Seditiones
tolleterentur. 6. Veterani praemia acciperent. Colonis
igitur ex primo instituto, nam postea etiam alio mo-
do actum est, cum victis gentibus, & vicinis hostibus
res erat. Sic Coloni in Vbios deducti contra Gallos
impacatos, & Germanos in perpetuis excubijs erant.
Verum de arcibus proprie dictis agendum, eas com-
plures fuisse affirmo.

Coloniarii
causa.

Nempe castra, unde & arces nostrae; seu castella
nomen habent, nam Citadella Italici dicuntur, quod
instar paruarum, vt bicularum sint, quales initio Co-
loniae fere erant. Sed de castris ago, quae affirmo arces
fuisse, arces temporarias, & interdum perpetuas, sed
arces appello munitiones militares, siue ex saxo, siue

Arces tam
ex lapide,
quam saxo

ex cespite & materia, nam nunc quoq; cespititiae ar-
ces magis probantur. Quod de Gallis suis docet Ni-
cola? Bellus reru Polit. T. i. Quod ad munitiones attinet:
Non est alia regio, in qua earum maior numerus sit, q. ex plu-
ribus causis sit. Vna est, quod cum regnum in plura dominia &
Principatus diuisum erat, nempe Burgundiam, Britanniam,
Andegauensem Ducatum, Normanniam: vnusquisque suos fi-
nes munierit. Creuit numerus munitionum bellis Anglorum,
qui magnae Francia parti imperarunt. Situs & natura loco-
rum, fortificationi opportunorum, nec minus diligetia & apri-
tudo populi ad has res, reddidit faciliorem munitionem locorum.
Non alia natio est magis industria in muniendo, & qua labo-
ribus & sumptibus minus parcat. Nec Francia minus fortis est
intus, quam in extremis finibus. Bellouacum, Treca, Aurelia,
Andegauum, Biturigum ciuitas, quae vernacule Bourges dici-
tur, Limogia, San. Florum, Carcassona, Sueffonium, nec ce-
dunt fortitudine Caletto, Perona, Narbone, & alijs locis limi-
taneis. Aptaque est vnaqueque huius regni pars, vt reliquo re-
gno pro limite sit. Hoc quoque in Belgio, & Germania
probat. Tales arces erant Romanorum, neque e-
nim de materia arcium disputamus, sed de fine &
modo. Arces igitur Romanas videamus. Primo qui-
dem omnia castra Romanorum etiam ad vnus no-
tis quiete instar arcium erant, locus ad prospectum,
aquationes, pabulationes eligeatur aptissim, vallo
& fossa cingebatur, ordine summo omnia distincta
erant, vt eruditissime Lipius exponit: sed his castris
similia erant illa, quae in finibus perpetua erant. De-
inde erant copiae perpetuae in tutelam imperij ab Au-
gusto constituta. Facit. ann. i. Legiones, prouincias, clas-
ses, cuncta inter se connexa, in limitaneis enim prae-
cipua pars militum.

Castra Ro-
manorum.

Tertio. In Hispania legiones 3. In Gallia ad Rhe-
num 7. In Africa 2. In Aegypto 2. In Syria ad Euphra-
tem 4. In Moesia ad Danubium 2. In Dalmatia 2. erat
Augusti tempore. Sed postea in Aegypto tres, vna A-
lexandria, teste Strabone, item nouem cohortes, tres
in vrbe, tres ad Syenem, tres alijs locis. Beryti etiam
duae legiones, quia claustrum maris. Fuisse etiam so-
ciorum cohortes constar, auxilia, alas, equites. In
Rhætia, Iudaea, alijs solae cohortes, Lugduni in Gal-
lia cohors 18. Foro Iulii ligurum cohors, vetus loci auxiliu.
In Gallia 1200 milites, ait Agrippa apud Iosephum,
Postea in Britannia legiones tres a Claudio locatae,
duae in Cappadocia a Vespasiano, duae in Dacia a
Traiano. Quin Romae dena millia, aut nouena, &
deinde plura fuere Praetorianorum ad Principis tu-
telam, & subitos casus. Istis, inquit Lipius, castra Prae-
toria fuere, ad portam Viminalem; vt arctius, & in
disciplina haberentur, secreta a ciuibus, & vrbe. Prae-
ter hos erant Urbanae, & vigilum cohortes tres,
Dio 4. Lipius arbitratu quatuordecim cohortes.

Rome ca-
stra arcis
instar.

§. 4. Haec omnia dum mecum perpendo, simul, q.
negare solent, arces Romanorum astruo. Castra Prae-
torianorum fossa, valloq; cincta erant, eodem modo
ad Rhenum omnia; Nec quicq; a nostris castellis dif-
crepabat, nisi q. maius praediu erat. Munition, qualis
iam in nostris extemporaneis castris esse solet, qual-
lem maximus belli ducum Ambrosius ad Rhenum
fecit, imo fortiora erant illa vetera Romanorum hy-
berna; fortiora, inquam, si tempora spectes, cum n.
tormentis carerent, manibus contendere, & reuel-
lere vallos, aggeres, & lorica planare oportebat, tunc
itaq; tutiores erant in illis suis castris, quam nunc in
arcibus. Quamuis n. paruo labore fierent, facile ta-
men defendebantur. Seianus Romae castra instituit,
valloque muniuit. Tacitan. 4. Vm praefectura modicam
antica, intendit, dispersas per vrbem cohortes vna in castra co-
ducendo, vt simul imperia acciperent, numeroq; & robore, &
visu inter se fiducia ipsi, in ceteros metus dideretur. Praetende-
bat laesum militem diductum: si quid subitum ingruat, ma-
iore auxilio pariter subueniri, & seuerius acturos, si vallu sta-
tuatur procul vrbs illecebris. Fff 2 Quan-

Munitiones
Hybernorum
fortes.

Atunc quo-
que tales
arces malo.

Arces causa
securitatis,
inde iniu-
ria, hinc
odium, &
 tandem re-
bellio na-
scitur.

Machiauel-
lus princi-
pem securū
esse vetat.

Timidus &
sollicitus
princeps fa-
cile scuit.

Quoniam igitur arces non putentur habuisse non est tamen dubium castra ipsa arcium instar fuisse. Arcem enim definitio propugnaculum populis coercendis, hostibus arcendis edificatum; ab arcendo itaque arces dictae, hinc & nomen castrorum multa opida retinuerunt. sed Machiauellum porro audiamus.

Cuius disputationis hoc principium esto, quod arces extrui soleant, vel ad arcendos hostes, vel ad subditos compescendos, & in officio continendos. Ego vero pronuntio, ad priorem vsum necessarias non esse, ad posteriorem inutiles, & noxias existere. Ad compescendos subditos noxias arces existimo, quoniam rebellionis periculum, quod metuitur, oriri solet ex odio subditorum aduersus dominos concepto: odere autem principes, dominosque suos subditi per acceptas iniurias: principes iniurias afficere solent subditos, eosque male tractare tunc maxime, cum se illis pro arbitrio dominari, eos domare, ac compescere, pro animi libidine posse sperant. Id vero tunc potissimum cogitant, sperantque, cum in medio illorum ingenti mole extructas habuerint arces munitissimas: quod aduersus eas, neminem quicquam ausurum credant. Quae cum ita sint, non inutiles modo sunt arces huiusmodi ad continendos in officio subditos: sed et noxiae, cum ipsae plus quam consentiant, confidentes principes, subditos male tractandi plectendique occasionem arripiant, eoque odium illorum aduersus sese concitant, ex quo rebelliones, caedes, & infinita mala dependent. Argumentum Machiauellicum sic breui claudi potest. Arces sunt causae ut princeps securus imperet, ex securitate sequitur tyrannis, qua dure & contumeliose tractentur subditi, inde odium, & rebellio, non igitur faciendae arces. Quis vero hunc consiliarium princeps audiet? Ne tyrannus fias potens esse noli? Imo vero ut potens sis labora, ut tueri bonos, malos euertere queas. securitas principi quaeritur ex arce, ex opibus, ab exercitu, quae omnia non minus facere animos, quam arces possunt. Nasci ex arcibus securitatem credo; Ideo edificandas censeo, ut princeps sui securus, iustitiam intrepidus administret, ut hostem & ciuem animo hostili, desperatione victorie a rebellionem deterreat. Alioquin si securitas fugienda est, miles dimittatur, sine corporis custodibus solus princeps incedat, inuitet ad parricidium improbos, quod nullo periculo patrabunt. Ex aequo autem inuitant hostem, princeps sine stipatoribus, & prouincia sine munitioum praedidiis. Ego igitur contrario concludo. Principi hoc agendum est, ut vere sit princeps, ut sui securus, imperata facere cogat, ut noua molientibus spem praedicat, arcibus muniendis propositum hoc praecipue tenere potest, arces igitur muniendae sunt.

Quin & illud non recte suaderetur, ne princeps securitatem quaerat, sed ut in metu agat vitam, ac sollicitudine, quo mitius agat: nam reuera nihil crudelius principe timido, omnia pauescit, omnia aduersa credit, & suspicionibus indulget; itaque calamitosa est optimatibus timiditas principis, multoque plures metu, quam securitate crudeles fuere. Augustus dum metuit saeuissimus extitit, & si primis vicennalibus mortuus esset, inter odiosissimos principum fuisset, at ubi iam rerum potius pericula discussit, mansuetudinem induit. maneat hoc alta mente repositum. Si timidus est, & crudelis est. Si timet, saeuit. Exemplum magnum Claudius. Ne igitur timeat, & sauiat, securitati arces aedificet. Pergit Machiauellus.

§. 5. Sed neque cum bella ingruunt, tantam vim habent arces, quantam illis attribuere homines solent. Duo enim soli sunt modi, subditos per vim in officio continendi, compescendique. Alter ut in promptu habeas exercitum egregium, ut populus Romanus habebat, quo motos liceat componere fluctus. Alter ut rebelles plane deleas extirpesque, ne amplius desicere, aut arma aduersus te capere queant. Nam si bona illorum diripias, spoliatis arma super sunt. Si arma quoque ademeris: furor arma ministrat. Si ducibus interemptis, ceteris vita vsum concedas:

renascuntur subinde alii duces, veluti Hydrae Lerneae capita. Si arces habueris, tempore pacis audaciorum iniquiorumque, te erga subditos efficiunt: bello adueniente, cum ab hostibus, tum subditis tuis oppugnabuntur: nec fieri poterit, ut vtrique resistas.

Scio nihil tyranno firmiter esse, quem subditi, exterique oderunt, quos ipsi seuitie administrum detestantur. Duo illi modi, diuinitus sunt, potentum, & crudelium. Nam habere semper in promptu egregium sunt.

exercitum, non est nisi principis potentissimi, deinde exercitus perpetui magnis stipendiis alendi sunt, quae cum subditis extorquentur, tum demum arma capiunt, aut quoocumque gentium configiunt, & prouinciae cultura deferunt. Deinde exercitus, quam facile tumultuetur, centum mortes imperatorum demonstrant. Tertio plus ad continendos hostes duo millia in arcibus, quam dena millia in aperto valent. Arces itaque sumptuum compendia sunt. Quod vero ait hostibus non admodum nocere arces, falsum est, nam arcem firmam, milite, & comitatu instructam, nemo nisi ad radia longa obsidione instructus aggreditur. Interim subsidia comparari possunt, dum contra saxa, cespites, & vimineos textus depugnat hostis, viresque & opes effundit. Verum callidissimi Imperatoris arces paululum spectemus. Illo anno quo Britannos Caesar sollicitauit, ob siccitates frugum inopia fuit, diuersis in locis legiones collocare coactus est. Vna in Morinos ducta, altera in Neruios. Tertia in Hednos. Quarta in Remos. Tres in Belgiam, vnam in Eburo-

nes, & cohortes. Ipse interea, quoad legiones collocatas, munitaque hyberna cognouisset, in Gallia morari constituit. Quam vero munita castra? censent tribuni, & primorum ordinum centuriones, Quanta-

uis magnas copias, etiam Germanorum sustineri posse munitis hybernus. Rem esse testimonio, quod primus hostium impetum, multis vltro vulneribus illatis, fortissime sustinuerint. re fragmentaria non premi. Non possumus hic negare totidem castella, seu arces, quot sunt castra legionum. Non egreditur Gallia Caesar nisi audito hyberna esse munita. Munitio ea fuit, ut Centuriones & Tribuni iudicarent contra quatuor copias posse defendi, & sua castra multos dies contra plurima millia Cicero defendit, quamuis hostes testudines, turresque agerent, & tribus horis decem millia passuum muniendo perfecerint, quamuis septimo die castra incendunt, iacto intra vallum igne. sed tota spes in muniendo, & resistendo fuit. Caesar ita scribit. Hostes postero die (1.5.) posteaquam ex nocturno fremitu, vigiliisque deprofectione eorum senserunt collocatis infidiis bipartito in suis opportuno atque occulto loco a millibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabant. Et cum se maior pars agminis in magnam conuallem demisisset: ex vtraque parte eius vallis subito sese ostenderunt, nouissimos premere, & primos prohibere ascensu, atque iniquissimo nostris loco praelium committere ceperunt.

Quod nisi firma castra habuissent vna die omnes legiones deleri poterant; Multo sane prudentius fecissent initio Romani, quod postea facere sunt coacti, ut statim, hyberna, atque etiam aestiua certis locis communirent. Hinc trans Danubium Traianus castella posuit, & potum fecit, ut succuri posset si oppugnarentur. Quin & Decebalus victus iubetur diuerse propugnacula.

Hoc solum loco quaeri potest, vtrum sit consultius, temporaria castra, an perpetua habere? At nemo prudens dubitare potest perpetua esse vtiliora. 1. Firmiora sunt, longo opere munita. 2. Non opus est singulis annis laborem iterare. 3. Exercitus victus, aut fugatus refugium habet; Hinc legiones, de quarum distributione dixi supra, cohortesque suis in munitioibus etatem agebant. Quae Alexandria erat legio ordinaria, sua seorsum castra munita, quali arcem habuit, cohors etiam, quae

Arce in
struam
nemo facile
aggreditur.

Caesar
ris arces.

Munitio
castrorum.

Ciceronis
castra.

Arces
vinci
hostes
rami

Perpetua
castra facta

quæ Ierolymis erat, sua castra habebat, quæ ad ruinam vsque durauit; quid hoc aliud erat, quam arx quædam continendæ ciuitati.

Herodes ipse non contra disciplinam Romanorum, tribus arcibus urbem populosam, & sibi infestam continuit. Nec aliter fortissimi regum fecere, Dauid n. Sionem muniuit, & ex eâ securus populum rexit, cui præter Cerethi, & Phelthi legiones semper 24. millia lectissimorum militum præsidio fuerunt, ut sacra Scriptura testatur. l. i. par. c. 27. Verum nostra tempora spectemus, de quibus hunc in modum Machiauellus. Quod si vniquam inutiles fuere arces ad compescendos subditos: nostra profecto atate, non inutiles tantum, sed etiam perniciosæ sunt propter bellicarum machinarum sum, quarum impetum neque arces, neq. vlla loca exigua sustinere possunt, quod ad illas sustinendas subinde retrocedere oporteat: & ruinas murorum ab iis factas, nouis fossis intrinsecus aggeribusque compensare. Hæc cum ita se habeant, expende porro, num per huiusmodi arces compescendus sit populus, qui iam ante ditionis tue fuerit, an qui nuper imperio tuo sit adiectus? Certe enim si principatum à maioribus acceptum possideas: arces ad subditos in officio continendos, non proderunt: propter causas tam explicatas: cum audaciore te, & posteros tuos efficiant, ad inferendas populo iniurias: ac proinde exponant te illorum odio: nec possint te postmodum defendere: propterea causas, & ne vel ipse, vel eius heredes, occasione habeant tyrannidem exercendi, sed populi sibi beneuolentiam conciliare conentur, sapienter princeps arces nunquam extruere debet. Hæc ratio superioris repetitione habet, additq. hoc tempore arces inutiles, q. machinarum impetu diu sustinere nō possint. Hoc argumentum si vim habet, nulla omnino munitione vtendum fuerit; nec more Romanorum vallanda castra, non n. diu tormētis possunt resistere. Verū plane diuersum sentiunt Reges & principes, nec non fortissimi duci nostri temporis, quos ego nequaquam robore animi, & prudentia veteribus cedere existimo. Nam primo arces multæ natura loci munitæ, arte et adiutæ, si militum gnauū habeant, sunt inexpugnabiles, quæ flumina, portus, vias tutas præstant. Deinde quæ hosti aliquando cedunt, tamen morando spaciū colligendi militis præbent, aduersarios sumptu, labore exhauriunt, auctoritatemq. minuunt: dum in rupem, aut paludem vnā interdum regnorum thesauri impenduntur. Quod si fine munitionib. omnia plana inueniat hostis, si vna sit victoria potius, eaq. vtatur, ac variis locis munitiones excitet perpetuæ seruitutis frenum imponit: inermem n. prouinciam inuenit; Albertum Brandenburgicum ferro, rapinis, incendiisq. grassantem, qd ab inferiore Germania prohibuit, nisi arx Cōfluentibus opposita: cum eam nec transire auderet, & oppugnare, suis rationibus alienū putaret. Quod Sfortia posterius Mediolanum perdiderunt, nō arx in causa fuit, sed mores, odium populi, potentia Gallorum. Quod si arcem nō habuisset, multo citius imperium amississet, & nunc multos annos arx illa, & aliæ tutela sunt istius ducatus. Melius omnium gentium constitutionis Franci regnum suum arcibus muniuerūt. Vere itaque Nicolaus Bellus. T. i. rerum Polit. de Francia. Quod attinet ad munitiones: Non alia est regio, in qua earum maior numerus sit, q. ex pluribus causis fit. Vna est, q. cum regnum in plura dominia & principatus diuisum erat, nempe Burgundiam, Britanniam, Adegauensem Ducatum, Normanniam: vnusquisq. suos fines muniuerit. Creuit numerus munitionum bellis Anglorum, qui magnæ Franciæ parti imperarunt. Situs & natura locorum, fortificationi opportunorum, nec minus diligentia & aptitudo populi ad has res, reddit faciliorem locorum munitionem.

§. 6. Quod vero addit Machiauellus, ad rem nihil facit. His accedit, inquit, q. arces facile amittuntur vel fraude eorum, qui illis præficiuntur vel hostium vi, vel fame, & longa obsidione. Quod si amissam quampiam urbem, arcis ope, qua

sola in fide permanferit, recuperare velis: exercitu nihilominus opus habes, perinde, ac si arcem non haberes, & quidem tanto maiori, quanto verisimilius est, ciues magis insensos tibi esse ob iniurias: ex arce acceptas, quam fuissent futuri si arce caruisses. Experientia ipsa docuit Mediolanensem arcem, neq. Sfortianis, neq. Gallis tempore belli, quicquam profuisse, pacis tempore vehementer nocuisse: quod vtriq. tanti operis moli confidentes, non cogitarint de humaniori aliqua ratione conseruandi illius principatus. Guido Vbaldus certe, Federici Vbini Ducis filius rei militaris peritissimus: postquam imperio pulsus fuisset à Cesare Borgia Alexandri VI. filio, idemq. Imperium postmodum ex casu quodam recuperasset, omnes arces atq. propugnacula illius demolitus est. Iam enim supra simile argumentum de arario confutauit; si enim timore futurum, non est seponēdus thesaurus, nec patrifamilias suadenda quod æconomia ratio; at miserum est spoliari, miserimum nihil esse, quo spolieris; miserimum dico in principe, in Republica; non enim solitarios, & vtiuæ paupertatis alumnos, sed Rempub. instruo, cui opus sunt opes, arces, aliaq. necessaria sunt, quibus improbos terreat, compescat. Arcium præfecti transfugere possunt, & arces tradere, sed multo facilius castra non munita, oppida, & pagos, ideoq. nec castra, nec arces sine fide hominum profunt. Extorquet aliquando hastam militi fortior hostis, & proprio gladio prostratum iugulat, non tamen ideo nō est armandus exercitus. At Guido Vbaldus Federici Vbini ducis filius, rei militaris peritissimus, postquam imperio pulsus fuisset à Cesare Borgia Alexandri VI. filio, idemq. Imperium postmodum ex casu quodam recuperasset: omnes arces atq. propugnacula illius demolitus est. Nam quia beneuolos subditos habebat, ad eos compescendos iis opus non habebat: aduersus hostes: illas sine exercitu defendere se non posse videbat.

Non nego aliquando conuenire, vt arces deiciantur, si videlicet, tanta sit beneuolentia subditorum, vt ijs compescendis necessariae non sint, si desit alendo præsidio pecunia; si tueri non possint. Nec ea de re disputamus, magnos belli duces nouimus oppida, pagosque, fruges, aliaq. omnia flammis absumpsisse, quæ tueri non poterant, ne hosti prodesse possent. Guido Vbaldus nō diu deinde principatum tenuit, experientia docuit, populi fauorem atra citius commutari; quos principes cupidissime adsciscunt, velocissime odisse incipiunt, cum præter expectationem, tributa, vectigalia, operasque imperari vident.

De Genuensium arce non recte philosophatur, quamuis enim illa vrbs teneri non potuit, nō tamen ideo, oēs arces demoliendæ sunt. Alioquin nec mœnibus cingendæ vrbes, cum Babylonem, & Niniuen prodigiola mœnia non defenderint; nam aliæ causæ pereundi erant. Sed Machiauellum ex verbis eius & & historia reuincamus. Id vero, inquit, & recentissimum, & euidentissimum exemplum est, ad demonstrandum, inutilem esse arcium structuram, ruinam earundem vtilem: quod Genua accidit ante paucos annos. Nouimus enim postquam ea vrbs, anno salutis M.D.VI. à Ludouico Gallie Rege defecisset: isque cum magno exercitu ad eam recuperandam in Italiam venisset: recuperata vrbe, condidisse Rege ingentis molis arcem, quantam nullam eo tempore fuisse constat. Nam & loci natura, & arte inexpugnabilis videbatur: Gondefa promotorio super mari eminenti, insidebat, vt illic portus vniuersus, telis feriri posset, & magna etiam vrbs pars. Nihilominus tamen, cum deinde anno Domini M.D.XII. Galli omnes Italia pellerentur, Genua quoq. arcem nihil formidans, ad Octavianum Fregosium defecit, qui illam obsidione cingens, sedecim mensium spatio, fame coactam, ad deditionem compulit. Postquam eam Fregosius occupasset, omnium consiliis qui suadebant, vt illam tanquam refugium quoddam reseruaret, contempnis, funditus diruendam curauit: existimauitque populi beneuolentiam, virtutemq. suam, melius fore fundamentum imperii eius, quo etiamnum potitur, quam vllas arces aut propugnacula.

Non facile arces diruenda spe beneuolentia.

*Arx Emu-
ensis Gallo
vtilis fuit.*

Mihi vero exinde firmissime probari videtur magna arcium utilitas. Nam cum Galli Italiam exosi moribus, fame, & innumeris calamitatibus affecti tota Hesperia pellerentur, non mirum, quod ciues quoque Genueses diu liberi, & principes Italiae in libertatem consentire, quod primi non fuerint, arx effecit. Neque hoc parui aestimari debet, nam mensles sedecim arcem & portum Gallitenuerunt, si interea firmum exercitum confecissent, obsidionem soluere poterant, adde fame coactam esse se dedere. Quod si igitur de comatu eius satis prospectum fuisset, duorum triumve annorum obsidione opus fuisset, quo tempore & Franci parare subsidia poterat, & fatigari obfidentes, & animi populorum mutari. Verum progreditur Machiauellus. Eadem est ratio earum arcium quoque, quas condere solent in urbibus Respub. nuper occupatis, ad ciues illos in officio continendos. Id enim si ex adducto iam Genuesium exemplo, minus sit manifestum, ex Florentinorum, Pisatorumque, acie notius euadet. Nam cum Pisas toties rebellantes Florentini vidissent: existimarunt constructa arce se illos compescere posse: parum animaduertentes eam urbem, quae libera esse consueuisset, & Florentinorum nomini semper infesta fuisset, non posse aliaratione in officio contineri, quam si Romanorum more, eam aut in societatem suam recepissent, aut plane destruxissent. Ad quid artes illi profuerint ad institutum finem, ex Caroli Gallie Regis aduentu apparuit, cui statim tradita sunt, sine praefectorum desidia, sine maioris mali metu. Si illas Florentini prius non condidissent, neque illis tantum tribuissent, ut per illas conseruari urbem putarent: de alio vique modo cogitassent, quo urbis imperio non tam facile a Rege spoliari potuissent.

Cur Florentini Pisas amisserint.

Nihil hic quoque contra arces concluditur, Pise & Florentia diu aemulae ciuitates fuerunt, tandem Pise succubuerunt, sed quia nec praesidio satis firmo, nec arce tenebantur, cum occasio data est, rebellauerunt. Arce deinde eas continuerunt, donec aduentu Caroli Regis, cui omnia cedebant, cum arx parum firmo, infido, & laqueo praesidio defenderetur, maluerunt praefecti se Regis gratia tradere, quam sine causa periclitari, si Florentini arcem firmassent, valido praesidio & comatu imposito, Pisatorum infestos animis mitigassent, ut vicinos & cognatos, quam longinquos dominos mallet, diu exercitum Caroli sustinere potuissent, & atterere, ne successus alios haberet.

Reliqui modi difficiles erant, Pisas transferre Florentiam, aut delere omnino. Maluerunt enim alteri urbi imperare, quam nullam esse; Non excuso Florentinos, si imperandi superbia, aut auaritia peccauerunt, contra magna odia, nulla potentia durat, arces tamen & exercitus aliquamdiu obsistunt. si arcem Pisi non extruxissent, iam ante aduentum Caroli Pisani excusso iugo, Florentiam excursionibus, deprædationibusque vexassent.

Pisana arcis utilitas.

§. 7. Quod autem per arces sint urbes recuperatae concedit, sed respondet in hunc modum. Quod si quis nobis obiciat, aut olim Tarentum: aut etate nostra Brixiam, per arcem recuperatam, postquam incola defecissent: Respondeo ad recuperandum Tarentum arcem nequaquam sufficisse: quod ad id occupandum Q. Fabius Consul cum maximo exercitu missus fuerit: cum quo procul dubio id expugnare potuisset: etsi nullam arcem illic habuissent. Quid igitur arx populo Romano profuit, si nihilominus exercitu consulari indigebat, ad urbem recuperandam? Capuae nullam arcem habebant Romani, eandem tamen urbem, exercitus virtute recuperarunt. In Brixienfis urbis rebellionem, nouum ac rarum quiddam accidit. Nam raro euenire solet, ut deficiente urbe, qui in arce sunt, in fide permanant, nisi vicinum habeant exercitum: cuius opem implorare queant. Deficientibus Brixianis, erat Foileus princeps Bononia cum exercitu Regio: eaque reperceleres nuntios cognita, statim se itineri accinxit: ac tertio die eo perueniens, arcis auxilio opem recuperauit. Ergo neque Bri-

xia per solam arcem recuperari potuit, sed exercitu Regio opus habuit: nec sic sola recuperari potuisset.

Respondeo arcem plurimum profuisse. Etsi enim non sine exercitu, facile tamen recipi ciuitas potuit, cui arx incumberebat. Recipiendo enim Tarento arx occasionem dedit. Quantum in arcibus momentum sit, Belgica discordia ostenderunt. Quin & Brixiam arcis auxilio receptam fatetur. Quod ipsa ratio bellorum docet: quantum enim a ducibus periculorum, ac laborum impeditur, ut dum urbem obsidet, vnam turrim, vnum propugnaculum hostibus eripiant: Et cum hoc obtinuerunt, opera se precium fecisse arbitrantur. Cum Ierolyma obsideretur, (fuit autem illa nobilissima inter omnes a mundo condito obsidio) Titus primum cepit murum exteriorem, deinde secundum, denique tertium, idque per intervalla temporum, & nouas suorum strages; quarto Antoniam arcem ab Herode extructam; quinto templum, quod arcis firmitatem, & situm habebat, denique montem Sion munitionem plane regiam. Quod si Romani mature sibi prospexissent, atque vnam earum arcium occupassent, antequam pellerentur, facile urbem obtinuissent. Prudentius itaque Graecorum Reges, quod arcem tenuerunt.

*Tarentum
faciliter
arce rece-
ptum est.*

*Si turrim
obtinuisse
opera pre-
cium est,
quanti est
arce te-
nere?*

§. 1. Sed neque arcium omnem modum probo, sed eas tantum triplices. Primo quae separatae sunt ab urbibus, aut urbeculas adiunctas habent, quibus tamen in officio continendis non sunt extructae. Illarum finis est fluminum, portuum, limitum, viarumque tutela: quam ob causam eas viles reddit locorum opportunitas. Hinc vtilis arx Hermensteiniana Rheno ac Mosellae confluentibus imposita. Eodem modo in Rheno diuortio arx quam Schenkianam appellant, illam enim proprie arcem dici, quod hostem arceat, iam supra ostendi. Secundo. Magnis urbibus coeiscendis & defendendis conduntur arces, quarum triplex est modus. Quaedam enim urbem ferire possunt, & commeatum auertere, ut illa Genauati, quam Rex Franciae extruxit. Atque haec maxima probandae sunt, quia duarum rerum metu animos ciuium frangunt, iaculationis & eruptionis in urbem, & impediendi commeatu. Aliae alterutrum tantum incommodi timore valent, ut Pragensis, Lutzenburgensis, quae verberando urbes, & inuadendo nocere possunt. Quae in portibus sunt, fere ad inuersiones tutandas, aut impediendas feruiunt, talis est munitio Africana Rachiana, quam forti stratagemate ante annos aliquot Hispani in suam ditionem redegerunt, quamque diu summis viribus Aethiopes oblederunt.

Tertium genus arcium est, quod principes, nobilesque extruere solent, quod munitionis nomine non venit, sed habitatio est paulo honestior, & contra subitos impetus munita. Harum in Germania, Galliaque est innumerabilis multitudo, olim munitissima multae erant, rupibus impositae, nunc pleraeque desertae sunt.

De arcibus contra hostes multo grauius errat. Ille arces autem, quae ad propulsandos externos hostes extruuntur, & ad populi Imperiique tui defensionem: ne illa quidem sunt necessariae: Et si viris fortibus ac strenuis militibus abundes, non modo necessariae non sunt, sed prorsus inutiles. Nam sine exercitu nihil profunt regibus exercitus absque arcibus defendere potest. Id experientia ipsa satis intellexerunt, quicumque vel in politicis, vel bellicis artibus excelluerunt, veluti Romani, Spartanique, quorum illi nullas arces vnumquam adificauerunt: hi ne monia quidem circa urbes ab se occupatas, habere volebant: solam militum virtutem, propugnaculum esse credebant. Quo factum ut Spartani quidam interrogatus, num Atheniensis urbs pulchris mœnibus instructa videretur? respondit, perinde ac si a mulieribus habitaretur. Ei ergo principi, qui bonum habet exercitum, prodesse

*federum
negotias*

*federu
iurando
iuramentu
publice*

prodesse queunt solummodo arces aliquæ in finibus imperij, locis præsertim maritimis posita, ad sustinendos hostes per dies aliquot, donec exercitus instruantur: sed neque hæc quidem ei necessaria existunt. Si careat forti exercitu, arces in finibus imperij aut nil prosunt, aut etiam nocent. Nam facile amittuntur: & ubi hostis illas occupauerit, aduersus se ipsas vertunt. Quod si quas tam fortes munitasque arces esse concedas, ut occupari nequeant: pergit tamen nihilominus hostis, hisce post se relicto: quod potentissimi exercitus, hostium fines inuadant excurrantque nulla habita ratione vel urbium, vel arcium munitissimarum, quas à tergo relinquant. Et constat hoc ita se habere, cum veteribus, tum nouis exemplis: Franciscus Maria ante paucos annos Urbem inuasi, nec quicquam curauit, quod post se decem vrbes infestas sibi omnes reliquisset. Quicumque ergo princeps potentem exercitum habet, facile carere potest arcibus: qui eo caret, non debet arces extruere, sed urbem in qua habitat, quam maxime potest, communit, & ciues armis instruere: ut aduentantium hostium impetum aliquamdiu saltem possit sustinere, donec vel cum eo paciscatur, vel exterius in auxilium aduocare queat. Quacunque præterea adificantur arces, ac propugnacula, pacis tempore nimis sumptibus aggrauant cum principes, tum subditos: tempore belli nil prosunt. Ut igitur ceteris in rebus summa prudentia senatus populi Romani omnia administrabat, ita his quoque sapienter fecit, quod victos debellatoresque Latinos, ac Priuernes, non arcibus quibusdam compendens existimauit, sed alia commodiori, ac virtuti magis consentanea ratione, in officio continendos.

Arces hostes
aut impedi-
unt, aut re-
mouantur.

Hæc iam supra refutaui, nec me Lacedæmonij mouent, cum omnium gentium iudicio æquales, hoc est, stolidi simplicitate egerint, ut ne quidem urbem muro cinxerint. Quo quidem nihil stolidius esset, Nam si locus apertus sit ad omnem iniuriam, magnis copijs, magno labore, & periculo excubandum est. Quocunque loco Romani etiam in pacato castra munebant; quæ enim sapientia est, exhaurire ciuem vigilijs, cum parui obiectu muri tantum laborem, potius lucrari?

At muri Athenensium erant perinde ac si à mulieribus habitarentur. Verum hoc comma Laconis fuit, & eius, qui muratas Athenas meruit. Nos nouimus viros fortissimos mœnia fortissima condidisse, atque defendisse, arces etiam in Europa, Indiaque nostro tempore insigni virtute defensas, & si Romanas vires laudamus, certe nostra tempora admittant conuenit; maius enim militum robur, contra tormenta ferrea, quam contra sagittas euntium.

CAPVT XXIV.

Fœdera ad potentiam facere plurimum.

Fœderum
necessitas.

§.1. FœDERA intelligo pacta conuenta, quo sese plures mutua obligatione deuincunt, & quædam, & societatem ineunt, ut eosdem amicos, & hostes iudicent. Qua re nihil ad potentiam est efficacius. Plus enim cœderibus sociorum, quam bellis proficitur, & Romani sociorum copijs non pauciora quam suis auspicijs gesserunt.

§.2. Fœdera externorum principum domi securitatem constituunt, adferuntque auctoritatem. Magni enim quisque principem facit, quem ambiunt reges, & magnates, ad quem splendide legationes crebro ventitant.

Fœdera in-
struendo
conueniunt,
& publice.

§.3. Fœderum sanctissima debet esse pactio. Nam iuramento laniantur, & publice. Iurandi cum execratione formæ multæ passim apud historicos in-

ueniuntur. Deinde quia publice fides data, magis obligat quam quauis priuata promissio. si enim nemo fidem seruaret, regibus tamen illa seruanda esset. Nihil vero magis obesse regno potest, quam violatio fœderum, hinc nemo Turcis amicus est, quia fœdera sola utilitate metitur.

§.4. Cum plures in vnum fœdus conueniunt, oportet, ut vtrique vtile sit, aut necessarium: alioqui diuturnum non est. Imo ex querelis sociorum oriuntur bella grauissima, ut cum Rhodij in honoratam militiam, & societatem cum Romanis fuisse queruntur. Nam fere omnes suam spectant utilitatem. Quæ res adeo præualeat sæpe honestati, ut fœderati fœderatis obliuant. Fugato Xerxe cum classis Græciæ victrix staret in ancoris, subiit Themistoclem improba, & digna exilio cogitatio, ut sociorum classem incenderet, quo illi exuti potentia maritima Atheniensium in potestate essent, quod cum Aristidæ vtile, sed non honestum assereret, populus Atheniensis vetuit; Et merito, nam tanto odio se onerasset, ut nulla par potentia cogitari posset, qua euaderent.

Fœdas nisi
omnibus
fœderatis
vtile, breue
est.

Improba
Themisto-
clis cogita-
tio.

Vtilissimum fœdus actitatum est inter Venetos & Hispanum anno 1571. ferius conuentum est, quam conueniebat; nam capta Nicosia est. Venetorum omnino intererat fœdus properari, & auxilia celeriter decerni, nam Venetus non nisi fœdere defendi potuit, & eo victo tota Italia in periculo futura erat, sed tamen postea irritum fuit, ex causis priuatis; quod Veneti mercaturam intercedere, ac proinde se ad paupertatem redigi viderent. Itaque semper aduigilandum est, ut cum eo paciscaris, quem subita necessitas non cogat, cum hoste pacisci; nam cum maximi sumptus essent facti, Veneti commerciorum damnis affecti, pacem cum Turca detrimentosam fecerunt.

Fœdus Vene-
tum irritum.

§.5. Fœdera inter diuersos admodum firma non sunt. Ut inter respublicas, & principes; Diuersa enim studia sunt, & diu nemo regum in urbem Romanam admissus est, quanquam enim reges fœderatos haberet populus Romanus, eos tamen præcipue pressit.

Inter Ari-
stocraticos
& Demo-
craticos,
Monarchas
que non sunt
firma fœde-
ra.

Hinc neque Veneti cum villo rege firmum fœdus obtinent, neque admodum optare videntur, & proximo bello ab Hollandis magis, quam ab villo alio principe defensi sunt. Nec Hollandi principum fœderibus fidunt. Vere id sensit, qui hisce diebus Belgis adulatus est, historicus alioquin mendacissimus. Regum societates, quibus magna ex parte libertatem debemus, magna odia sequuntur, & Gallica, Britannicaque auxilia, cessante cœcordia, cessabunt. Sociæ ad Orientem vrbes, ne factiosus Belgarum imperijs accedant; mox in libertatem se restituent, quam cum retinere sua imbecillitate non possint, feræ ad Septentrionem genti se submittent. Germania Principes Austriacæ imperia non patientia simulabunt. Turcæ P. C. præter solam Mediterraneam commercia; Nobiles Venetiæ, quæ hisce bellis florem nostri sanguinis prodegerunt, solas gazas aperient.

Causa mihi huius rei videtur; Quod Democraticæ, aut Aristocraticæ Reipublicæ nolint suos magistratus regum splendorem admirari, aut appetere. Summum enim periculum est, ne illi, qui tanto ambitu annua imperia affectant, ut etiam tota patrimonialia effundant, ne illi, inquam, ad perpetuas dictaturas & regiam stabilitatem omni conatu tendant. Existimo vix tres Romanorum fuisse, qui si potuissent, quod Cæsar, quod Pompeius, quod Augustus, non fecissent. Nec minus regibus est suspecta suorum principum, cum liberæ Reipublicæ senatoribus familiaritas. Libertatem enim illi obtinent, plerique minus potentes, cum principes sint multis modis obnoxii, ex eorum itaq;

Aristocra-
tie suspecta
regum fami-
liaritas, &
de contrario.

Ffi 4 legibus